Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Dicebant de abbate agathone quia abierunt
quidam ad eum audientes quia magne discretionis uir esset. et uolentes eum probare si irasce
dixerunt retur dicerent ei. Tu es agatho. audiuimus
de te quia fornicator es et superbus. Respon
dit, etiam sic est. Et dixerunt ei. Tu es agatho uer
bosus et detractor. Et respondit. Ego sum.
Dicunt ei iterum. Tu es agatho hereticus.
Et dixit. Non sum. Et rogauerunt eum dicentes, Dic
nobis cur tantam de nobis iniuriam pacienter
tuleris. hunc autem sermonem quia diximus te
hereticus es non sustinuisti. Et ille respondens
dixit eis. Illa prima mihi asscribo. Vultis enim
anime mee esse, quod autem dixistis hereticum me
esse. ideo non acquieui. quia separatio est ad deum.
et non opto separari a deo. Illi autem audientes
admirati sunt discretionem eius. et edificati discesserunt
Interrogauit eum idem abbas agatho. Quid est seruus
maior labor corporis. aut custodia in
terioris hominis. Dixit autem senex. Homo
similis est arbori; corporalis igitur labor ue
lut folia arboris. custodia autem interio
ris hominis fructus est; quoniam ergo secundum quod
scriptum est omis arbor non faciens fructum